



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Ecclesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Catharina V. & Mart. S. Mercurius S. Moyses &c. 25. Nov.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

S. Catharina V. & Mart. S. Mercurii
S. Moyses &c 25. Nov.



Coffetus.

Contra libidinis impetū apprehēde
fugam, si vis obtinere victoriam. Aug.

Deus qui dedisti legē Moysi in sum
mitate montes Sinai, & in eodem loco
per SS. Angelos tuos corpus B. Catha
rinæ V & M. tuæ mirabiliter collocasti
præsta quæsumus, ut eius & SS. tuorum
Mercurii, Moysis &c MM. tuorum me
ritis & intercessione ad montem quæ
Christus est pervenire valeamus, p[ro]p[ter]a
D N. Iesum &c.

Ora pro Juventute &

1. S. Catharina V. Alexandrina
Costi Arabis, & Aegypto præfecti
filia Sapientia & religione mundo
illuxit sub Imp Maximino, quem iu-
uencula & redarguit, & multiplici-
ter vicit. Martyr; ij palmam præmium
ipsa reportauit, & ut angeli eius cor-
pus in montem Sinai deferendo se-
peliendoq; honorarent impetravit.

2. S. Mercurius miles Cæsareæ in
Cappadocia celebris, custodientis se
Angeli patrocinio & barbaros vicit,
& Decij sauitiam superauit, multis-
que auctus tormentorum tropæis
martyrio coronatus migrauit in cæ-
lum ex quo post centum annos con-
tra Julianum Apostatam pro Cæsa-
riensibus pugnauit eumq; occidit.

3. Moyses & socij eius Cardinates
presbyteri Romæ tempore S. Cypri-
ani passi sunt.